



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Septiceps Lvthervs, Vbiqve Sibi, Svis Scriptis contrarius,  
in visitationem Saxonicam**

**Cochlaeus, Johannes**

**Parisiis, 1564**

De Confeßione secreta, cap. 30.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35803**

## DE CONFESSIONE SECRETA.

dinem aut statum aliquem, is debet Diabolo addictus esse, plus quam aliis. Hoc tam saepe (inquit) prædicauimus & inculcauimus, ut quilibet bene scire queat, & ex hoc concludere sciatur, quod omnia opera nostra, quæ ideo intenduntur, ad agendam pœnitentiam pro peccatis, atque ad effugiendam mortem, ea omnia blasphemata sunt, quæ blasphemant Deum, & vituperant sacrificium, quod Christus pergit, eiisque sanguinem, quod quoque per ea id efficere volunt, quod solus Christi sanguis efficiat necesse est. Hæc ibi. Et in hunc modum toto fere decennio prædicauit & scripsit: Nunc tandem sero vertit folium, requirens iam pœnitentiam, bona opera, & timorem irati Dei. Sed sero sapiunt Phryges, & tardi venere subulci. Nisi ergo reuocet apertius omnia, agatque & ipse pœnitentiam, nihil proficiet in populo decepto.

## De Confessione secreta.

### C A P V T    X X X .

**D**eus bone, quot & quanta per decennium ludibria ex peccatorum confessione fecit. Nam mox à principio, in iis quoque libris, *De X. præcep. in fine. In Rosisolutione conclusiōnis. 26.* in quibus maximè Catholicus adhuc esse volebat, secretam illam Confessionem statim lafescit, relaxans populo nunc præceptū contendi, nunc modum, nunc sacerdotē. O quoties obiecerunt mihi eius discipuli illud Iaco-

bi:Confitemini alterutrum peccata vestra. Et <sup>Iaco. 5.</sup>  
 illud Psalmistæ, Dixi, cōfitebor aduersum me <sup>Psal. 31.</sup>  
 iniustiam meam domino. Quanta illusione  
 risūque inimico rogauerunt, num alterutrum  
 significet sacerdotem? Et quid aliud effecit  
 impio & seditioso libro suo de Confessione,  
 quem ante annos septem, scripsit ad bellige-  
 rantem eo tempore Franciscum de Secking,  
 nisi q̄ omne confitendi iugum à laicis abstu-  
 lit? Sic enim ait inter alia multa, fidele (inquit)  
 consilium meum est, vt homo Christianus, tē- <sup>De confess.</sup>  
 pore Quadragesimæ & Paschatos non confi- <sup>parte. 3. §.</sup>  
 teatur, nec ad Sacramentum accedat. Et cogi- <sup>14.</sup>  
 tet ita, Ecce, quādo hoc præcepit homo, Papa  
 scilicet, ob idipsum non faciam, & si non præ-  
 cepisset, vellem facere. Faciā autem alio tem-  
 pore, quo non præcepit, quando & quomodo  
 mea libera voluntas & deuotio me tetigerit.  
 Hæc ibi. Nunc autem, vt timore tui, populum  
 à seditiosa ista libertate reuocet, scribit in Vi- <sup>In li. Vifit.</sup>  
 sitatione sua, q̄ nemo debeat admitti ad san-  
 ctum Sacramentum, nisi prius à Pastore suo  
 sit specialiter examinatus, an dispositus sit ad  
 Sacramentum. Quousque igitur (Illusterrime  
 Princeps) permittis hunc futilem quidem &  
 inconstantem, sed pestilentissimum ac sedi-  
 tiosissimum Pseudoprophetam, simplici popu-  
 lo, illudere, & per nasum (quod aiunt) circūdu-  
 cere in omnem errorem & licentiam? Quantò  
 satius ac sanctius esset, præcepto Ecclesiæ, <sup>Matth. 18.</sup>  
 iuxta verba Christi, fideliter ac stabiliter ob-

DE SATISFACTIONE

In lib. 3<sup>o</sup> cōtra Zuingl.  
& Oecolam padium.

temperare, quām sic per contraria huius Pro*tei* dogmata, consilia & præcepta, fluctuare, totūque populum (ipsomet fatente) in fide dubium fieri?

De Satisfactione pro peccatis.

C A P. XXXI.

In Resolu-tionibus.

**Q**Vanquam non ignoret Lutherus, & se ipsum aliquoties, & antiquissimos quoque autores, multa de satisfactione pro peccatis scripsisse, Martyres item plurimos & Romanos Pontifices & vetustissima Concilia modum pœnitendi & satisfaciendi pro peccatis in triennali, quinquennali, decennali, &c. pœnitentiā statuisse, cūunque satisfactionis rigorem ultra mille annos in Ecclesia perdurasse. Ipse tamen furiosa improbitate & insania peruicacia nunc aliquot annis contendit, nihil esse opera satisfactoria, Christum pro omnibus peccatis nostris satisfecisse, non requiri à nobis, nisi fidem solam, quamquam in visitatione nūc ei contritionem superaddit: De quā tamen ante sic pronunciavit, non semel Contritio, quæ paratur per discussionē, collectiōnem & detestationē peccatorū, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suę, pōderando peccatorum grauitatē, multitudinē, fœditatem, amissionē æternæ beatitudinis, & acquisitionē æternę damnationis, hęc (inquit)

In assertio-ne art. 6.